

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Hic subnotata continentur Vita M. Catonis**

**Nepos, Cornelius**

**Argentinae, 1505**

**VD16 N 522**

Brief: Iacobus Wmpfelingius Thomae Vuolphio Iuniori

[urn:nbn:de:bsz:31-309461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309461)

EDITECTA GERMANORVM IAC.  
wymphelingij. & suoz opera contextum

Iacobus wymphelingius Thomæ Vuolphio Iunio  
ri: pontificij iuris interpreti: summo amico Salutē

Idens Romanas/Venetas/Anglas/Pannonūq; & Bo  
v emoz ac Francigenū historias/indies lectum iri. exci  
tauerā nuper Sebastianū Murrhionē: vt expriscis histo  
riographis/epithoma saltem rerū a Germanis magnifice ge  
starū cōportaret: ne cū cætere nationes egregia maioz suorū  
facinora disseminare student: nos veluti somnolenti & parui  
anī/gloriæq; auisē cōemptores: perpetuo dormire vide  
remur. Morem mihi gesturus Murrho: qd̄ cæperat imatura  
morte iterueniente/nec̄ perficere potuit/nec̄ reuidere. Ego  
itaq; quicqd̄ ille meo hortatu aggrenus: tanq; fragmenta post  
se reliquit: cogitabā in seriem diu tribuere: augere: & ut cunq;  
absoluere: tibiq; mi suauissime Thoma dedicare. non solū ad  
gloriā noīs tui sempiternā: sed etiā ut oēs germani in hoc epi  
thomate anniuitates germaniæ videant: vitā nostratiū impe  
ratorū legātū germanoz: ꝑ laudes/ingeniū/bella/ triumphos  
artium inuentionē: nobilitatē: fidem: constantiā: & veracitatē  
ediscant. atq; ut his breuibus ansam prebeamus studiose  
posteritati/quo maiora indies studeant adicere/ & amplioris  
bus rerum incrementis germanoz laudes cumulare. Verz a  
germanicis laudibus Argentinā (vnde tibi) & seleuciam siue  
Selestadium (vnde mihi) origo est: cæterasq; ciuitates ex hoc  
rheni littore Galliam versus sitas. volumus exclusum iri: qm̄  
eas ab Octauiani ætate (Suetonio teste) germani inhabitariūt:  
vnde & germaniæ nomē meruere. Et Plinius et Cor. Tacitus  
Ammianus Marcellinus: Franciscus Petrarca: Blondus Lu  
poldus: Hermānus & Aeneas Siluius/ inter germaniæ fines  
illas dinumerāt: Ecclesia quoq; romana: inter germaniæ me  
tropoles Maguntinā: Treuerensem & Agrippinā collocauit  
Cunq; summus pōtifex legatos a latere ad germaniā mittit in  
his patriæ quoq; nostræ ciuitatibus munus legati ad ger  
illi exercent. qd̄ nisi germaniæ pars essent: quas legati ad ger  
H

mania nulli dispensationes indulgentiarum & beneficiorum possi-  
ones in eis admittantur: irritae viderentur & inanes: Nam & ad  
galliam alij a nostris: mittuntur legati: qui in nostris ciuitatibus  
partes suas nequaquam explent. Adde quod ipse Carolus Burgun-  
die dux/ Maximiliani regis fover/ ad principes electores per-  
scripsit/ sese & germanum esse & dici velle: cuius tamen terrae in  
hoc rheno littore sitae fuerunt: immo ipsarum ciuitatum & pagorum  
antiquissima nomina germanicum sonant & minime gallicum. Et si  
vix Caroli magni aut filiorum nepotumque suorum aetate: hic vix gal-  
li habitauissent: versatum fuisset: & hic proculdubio gallicum ydeo-  
ma. At vix nam inueniuntur ulla gallicae linguae vestigia: ubi li-  
bri gallicae ubi monumenta: ubi epistolae: ubi epitaphia: ubi  
littere contractuum: rerum urbanarum & civilium aut feudorum: sicut a  
septingentis & octingentis annis: latine & germanice linguae  
apud nos monumenta reperiuntur. Nec mihi persuaderi potest op-  
timos Sueviae duces qui cathedralem apud spiras ecclesiam:  
quorum coenobium diuinae fidei in patria mea Selestatio fundarunt:  
et locupletauerunt: magnificas illas impensas paternaque substan-  
tiam in Galliam traducere/ ac inter gallos perfundere voluisse:  
Glorietur ergo ille mendicus blattero qui nostram germaniam atque  
famam discerpit/ se & suum patrem a gallicis descendisse. Nos mihi car-  
rissime Thoma gloriabimur a maioribus nostris germanis pro-  
cessisse. Quorum in hoc epithomate mirificas & antiquas lau-  
des/ inter reliquas honestas lucubratiunculas (quas avidissimis  
me reuoluere soles) cum singulari voluptate lectitaturum te confi-  
do: operaque daturum: ut non solum prope diem calcographia disse-  
mineat sed etiam doctissimis viris Baptistae Mantuano/ Philip-  
poque Beroaldo Bononiensi preceptorum tuo in primis transmit-  
tatur/ ad gloriam germanorum sempiternam. Vale foelix ex Here-  
mitorio diui Guilhermi Argenti, viij. kal. Octobris, M. D. II

Caesar utcumque Galliam a Germania seceuerit nos opinamur  
Heluetiam idest Alsatiam sub finibus Germaniae comprehendere debere. Nam inter veram Galliam et Alsatiam interfacet  
Vosagus Austrasia: Vuestrana. &c.

Ad haec sunt testes & argumenta:  
Suetonius qui Augustum huc germanos traduxisse refert.